UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 74. Solimanus Turcarum Imperator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66495

Visual Library

ctoribus opponere potuiſſet, quibus in ſermonis elegantia nullo pacto cedebat, longeque in doctrinæ eminentia eos ſuperabat. Variis temporibus ejusdem libri Tubingæ, Francofordiæ & alibi typis vulgati prodierunt. Sæcul. XVI. A.C. 1521.

§. LXXIV.
Solimanus Turcarum Imperator.

Interea non pauci Principes faventibus publicis ſciſſionibus Imperii ſui fines extendere nitebantur, quod conſilium, ut ipſemet quoque Solimanus Turcarum Imperator Selimi filius proſpere exequeretur, non parum adjuvit bellum Carolum inter & Franciſcum jamjam inchoatum: cum enim novus hic Imperator Seditionem in Syria conflatam ſedaſſet, & Gazellæ Gubernatorem rebellium caput neci dediſſet, ipſe non modo Imperii, ſed & grandium, quæ ejus Pater fabricaverat, conſiliorum hæres cum potentiſſimo exercitu Hungariam invaſit.

§. LXXV.
Belgradum a Solimano expugnatum.

Igitur cum proſper armorum ſucceſſus Solimani fortitudinem atque audaciam acueret, hoc anno in Menſe Septembri Albam Græcam, ſeu Belgradum cin- *Iſthuanf. l. 7. Leuncl. l. 8. Dubrav. l. 33.*